Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ciem meam a uobis q̄r
ego sanctus sum ⁊ non
irascar in perpetuum. R̄
Hec dicit dominus. Ecce ego
mittam uobis frumen-
tum vinum ⁊ oleum ⁊
replebimini eis. ⁊ non
dabo uos ultra obprob-
rium in gentibus. Aliud.
Respice domine de sanctua-
rio tuo ⁊ de excelso celorum
habitaculo ⁊ benedic populo
tuo israhel. ⁊ terram tuam
dedisti nobis. sicut iura-
sti patribus nostris. terram
lacte ⁊ melle manantem.
Preces nostras domine oro
clementer exaudi. ⁊ con-
tra cuncta nobis aduer-
santia dexteram tue ⁊
maiestatis extende. Per.
Mentes nostras quesumus alia.
domine lumine tue cla-
ritatis illustra. ut uidere
possimus que agenda
sunt ⁊ que recta sunt a-
gere valeamus. Per dominum

Hec Feria v. capitulum.
dicit dominus. Ecce
omnes anime mee sunt
ut anima patris. ita ⁊ ani-
ma filii mea est. Aliud.
Hec dicit dominus. Si im-
pius egerit penitentiam ab
omnibus peccatis suis que
operatus est. ⁊ custodierit
vniuersa precepta mea ⁊
fecerit iudicium ⁊ iustitiam
uita uiuet ⁊ non morie-
tur. Aliud. Uir si fuerit
iustus ⁊ fecerit iudicium
⁊ iustitiam. in montibus non
comederit ⁊ oculos suos
non leuauerit ad ydola do-
mus israhel. ⁊ iudicia
mea custodierit ut faci-
at ueritatem. hic est iustus
uita uiuet ait dominus omnipotens.
Si auerterit se iu- aliud.
stus a iustitia sua ⁊ fecerit
iniquitatem secundum omnes
abhominationes quas
operari solet impius omnes
iustitie quas fecerat non